



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 2. Articuli controversi in Congregationibus propositi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul XVI controversam circa Eucharistiam quæ-
 A.C. 1551. stionem omnino dirimi voluit, eo quod
 ad illa doctrinæ capita, quæ prius Tri-
 denti, ac Bononiæ fuerunt agitata,
 sequeretur. Ergo decem proponuntur
 Raynald ad
 ann. hunc n.
 39. & 40. articuli ibidem discutiendi, atque in
 alia Congregatione die octavo ejusdem
 Mensis habita Theologi suas quisque
 proferunt sententias: Præ ceteris vero
 primi dixere Jacobus Lainius, seu Lai-
 nez, & Alphonsus Salmeron Pontificii
 in Concilio Theologi. Deinde sua pro-
 mebant judicia Joannes Arza Cæsareus
 Theologiæ Doctor, & suo demum ordine
 reliqui.

§. II.

*Articuli controversi in Congregationi-
bus propositi.*

Pallav. n. 2.
 Psalmæus in
 ait. Conc.
 Trid. p. 228. **E**xtrahebantur hi articuli ex Zwinglii,
 Lutheri, aliorumque Sectatorum
 doctrina, atque hæc in dicendis senten-
 tiis ratio Theologis præscribatur. I.
 „ Illæ ex Sacris litteris, ex Apostolicis
 „ traditionibus, ex Conciliis approba-
 „ tis, ex Constitutionibus, ex auctori-
 „ tate summorum Pontificum, e SS.
 „ Patribus, ex communi Ecclesiæ Ca-
 „ tholicæ consensu colligantur II. brevi-
 „ tatem servant, & a quæstionibus su-
 „ pervacaneis, & inutilibus, atque a
 „ protervis contentionibus abstineant.
 „ III.

„ III. primus dicendi locus detur Theo- Sæcul XVI.
 „ logis a Romano Pontifice, secundus A.C. 1551.
 „ a Cæsare missis; post eos clericis non
 „ Regularibus, pro acceptæ laureæ an-
 „ tiquitate, & postremo Regularibus,
 „ prout cujusque Ordini debetur.

Porro examini erant expositi sequen-
 tes decem articuli. I. *In Eucharistia non
 est revera corpus, & Sanguis, neque Divi-
 nitas Domini Nostri Jesu Christi, sed tan-
 tum ut in signo.*

II. *Exhibetur in Eucharistia Christus;
 sed spiritualiter tantum manducandus per
 fidem, non autem Sacramentaliter.*

III. *In Eucharistia est quidem Corpus,
 & Sanguis Domini nostri Jesu Christi sed si-
 mul cum substantia panis, & vini, ita,
 ut non sit transsubstantiatio, sed unio hy-
 postatica humanitatis, & substantiæ panis,
 & vini: ita ut verum sit dicere: Hic panis
 est corpus meum, & hoc vinum est Sanguis
 meus.*

IV. *Eucharistia instituta est ob solam re-
 missionem peccatorum.*

V. *Christus in Eucharistia non est ado-
 randus, neque festis venerandus, neque in
 processibus circumgestandus, neque ad in-
 firmos deferendus, & ejus adoratores sunt
 veri idololatræ.*

VI. *Non est reservanda Eucharistia in
 Sacratio, sed statim consumenda, & præ-
 sentibus danda, & aliter facientes abutun-*

Sæcul. XVI. *tur hoc Sacramento. Neque licet, ut quis*
A.C 1551. *se ipsum communicet.*

VII. *In hostiis, seu particulis consecra-
 tis, post Communionem remanentibus, non
 remanet corpus Domini, sed tantum ibi est,
 dum sumitur, non autem ante, vel post
 sumptionem.*

VIII. *De Jure divino est, sub utraque
 Specie etiam populum, & parvulos commu-
 nicare: & propterea peccant ii, qui cogunt
 populum altera Specie uti.*

IX. *Non continetur sub altera Specie,
 quantum continetur sub utraque; neque tan-
 tum sumit communicans sub altera Specie,
 quantum sub utraque.*

X. *Sola fides est sufficiens præparatio ad
 sumendam Eucharistiam: neque ad id confes-
 sio est necessaria, sed libera, præsertim doctis.
 Neque tenentur homines ad communionem in
 Paschate.*

§. III.

*Theologorum disceptatio in examinan-
 dis hisce decem articulis.*

*Pallav. l. 12.
 s. 2. n. 1.
 & seq.*

Hi decem articuli in conventu, qui die
 octava Septembris habebatur, mag-
 no fervore agitabantur: præprimis hæc
 doctrinæ capita in duas dividebantur
 classes, quarum prima articulos omni-
 no, ac communi suffragio damnandos,
 altera vero damnandos licet, aliquantu-
 lum